**5327. 5328** tabula marmorea mutila (1,01×0,89×0,03–0,04), ex multis fragmentis composita.

5327

VS
cORPORI
*scaph*ARIORVM
*traiectus* RVSTICELI·OB
*honorem* QQ·S·P·P

5328

M·AVR*elio caesari*
IMP·CA*esaris t. aeli*
HADRIA*ni antonini aug.*
PII ·*p. p. filio*
M·MAR*ius - - - -*
SEVIR·A*ugustalis*
CORPORI·S*caphariorum*
TRAIEC*tus*
M·MA*ri-*
PRIM*itiv-*

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. c.

5327 v. 1 ante S fuisse V indicat editor, id quod imagine probari mihi videtur.

Cf. supra n. 4553–4556 et quae ibi adnotavi. Titulis novis docemur corpus traiectus Rusticeli etiam nomen plenius gessisse, scilicet corporis scaphariorum (supplevit editor) traiectus Rusticeli. Titulo n. 5328 dedicatur imago M. Aurelii Pio vivo; imaginem Pii ipsius dedicatam esse titulo n. 5327 conicit Kristoferson. — *M. Marius Primitivus* (5328 v. 9 sq.) vix diversus ab homine eiusdem nominis n. 4553, cf. ibi not. Quem quinquennalem corporis factum ipsum dedicasse titulum n. 5327, eodem tempore et eadem de causa patrem eius titulum n. 5328 coniecerim: 5328, 5 sqq. *M. Mar[ius -- l. ---] sevir A[ugustalis] corpori s[caphariorum] traiec[tus Rust. ob hon. qq.] M. Ma[rii M. f. Pal.] Prim[itivi filii]* (versus possunt varia longitudine fuisse, cf. n. 4554 sqq.). Sed hanc coniecturam prorsus incertam esse vix est cur dicam.

**5329** tabulae marmoreae fragmenta tria (0,21×0,18; 0,16×0,12; 0,15×0,16; cr. 0,03–0,02).

IM*p. caesar* 5
DIVI *pii fil., diui ue*RI 3,2
PART*hici maxi*MI·FRATER ca. 2,7
*diui hadri*ANI·NEPO*s, diui* „
*traiani pa*RTH·PRO*nepos* „

*a* *b* *c*

Misit Kristoferson, qui supplevit; idem ed. l. c.

v. 2 frg. *b* editor vidit vestigia quaedam, in quibus partem infimam litterae V nominis *Veri*. — 3 fin. quid sit, nescio.

Titulus pertinet ad M. Aurelium. Nomen imperatoris primo casu positum; agitur fortasse de aliquo opere publico iussu imperatoris facto.

**5330** tabulae marmoreae pars sinistra, ex multis fragmentis composita (1,30×0,93×0,025–0,02; litt. a. 0,095–0,06). In parte opposita est titulus infra n. 5334.

IMP·CAES·L·SEPTIMIO *seuero pio perti*
NACI·AVG·ARAB·ADIAB *parth. max. pont.*
MAX·TRIB·POT·XI·IMP XI·C*os. iii p. p. et imp. caes.* a. p. Chr. 203
M·AVRELIO·ANTON*ino pio fel. aug.*
TRIB·POT·VI·COS·PROCOS
DECRETO·COLONORVM *ostiensium*

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. c.

Supplementorum verba ipsa non ubique constant. — 5 fin. puto supplendum esse aliquod epitheton ornans, cf. e. g. Dessau *Inscr. Lat. sel.* 437. 438.

**5331** tabula marmorea mutila, tituli olim complures tabulas sibi vindicantis pars dextra extrema, ipsa quoque ex multis fragmentis composita (0,90×1,52×0,02; litt. a. 0,12–0,095).

*imp. caes. l. septimio seuero pio pertinaci* AVG·
*arabico adiabenico parthico m*AXIMO·
*pont. max. trib. pot. -- imp. -- cos. -- pr*OCOS·ET·
*imp. caesari m. aurelio antonino* PIO·FELICI·
*aug. cet.*
PAT·COL·

Descripsi ad imaginem photographicam; supplevi. Kristoferson l. c. Frustulum partem inferiorem litterae E continens, quod nunc in primo versu collocatum est ante AVG (lege *---e Aug.*), seposui, quippe quod omni supplemento obstare videatur.

5 periit nomen eius, qui titulum posuit, qui fuit *pat(ronus) col(oniae)*.

**5332** fragmentum tabulae marginatae (0,41×0,36×0,05; litt. a. 0,115).

*ar*AB·ADIA*b*
*tri*B·POT

Misit Kristoferson.

Videtur pertinere ad Septimium Severum.

**5333** tabula marmorea a sin. recta linea desecta, 0,90×0,555×0,025.

*iuli*AE·AVG·MATRI· ca. 7,5
*n*OBILISSIMI 9,5
*prin*CIPIS·CASTRORVM 7
*sena*TVS·ET·PATRIAE 7
*maie*STATIQ·EORVM 6

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. c.

Supplementa adscripsi editoris; sed vide ne a sinistra etiam plura desint.

**5334** in parte aversa tabulae, in cuius adversa est titulus supra n. 5330. Litt. a. 0,08–0,055.

INVICTO·GALLIENO·EXSVPERAN*tissimo*
AVGVSTO
PROTECTORI·IMPERII·ROMANI·OMNIVMQVE SALV*tis auctori?*
VNIVERSI·CIVES·OSTIENSES
DECENNII·VOTI·COMPOT*es*

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. c.

1 nomen Gallieni erasum; cf. supra n. 4624 not. — 3 supplevi. — 5 decennalia Gallienus celebravit a. 262, cf. quae dixi *RE* XIII c. 353.

**5335** in parte aversa tabulae, in cuius adversa est titulus infra n. 5375.

SALONINAE
AVGVSTAE
PER OMNIA·CONCORDI
ET·CONSORTI·GALLIENI
·AVGVSTI·N·
FLAVIVS
PRISCVS

Descripsi ad imaginem photographicam. Kristoferson l. c.

7 *Flavius Priscus* idem ut videtur supra n. 4452, infra n. 5340.